



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.52. Pretextati cædes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

**Sæculum VI.** ad S. Mariani, & aliis diebus ad alias  
**A. C. 585.** Ecclesias. Id quoque Aunacarii cura ef-  
 fectum, ut certis viris injungeretur mu-  
 nus in Ecclesia Cathedrali S. Stephani  
 singulis per Septimanam noctibus Vig-  
 lias celebrandi; unde cognoscimus, di-  
 versas Clericorum & Monachorum Con-  
 gregationes alternis vicibus hoc officio  
 fuisse defunctos; at de die Sabbati nul-  
 la mentio.

## §. LII.

*Pretextati Cædes.*

**Greg. VIII.** Interim Regina Fredegunda mulier  
*bifl. c. 31.* pertinacia persuasum habebat, Pre-  
 textato Episcopo atrociorē inimicum  
 sibi non esse, utpote Reginæ Brunehil-  
 dis amicum. Cum Rothomagi versare-  
 tur, ei aliquando inclementius locuta  
 minas quoque adjecit, se ipsum secundo  
 in Exilium ejecturam. Episcopus virili  
 constantia fœminæ respondit, increpuit  
 ob tot admissa crimina, & severum Dei  
 Judicium timere jussit. Sequenti die Do-  
 minica in Ecclesiam mature se contulit,  
 atque inchoato officio consedit in Solio.  
 Tunc vero pessimum Fredegundæ man-  
 cipium proxime accedens educto e cin-  
 gulo pugione Episcopum ferit infra axil-  
 lam. Exclamat Pretextatus, ut Clerici  
 ad auxilium procurrerent, sed nemo se  
 movit. Tum manus cruentatas Altari  
 impo-

imonens oravit; peractis precibus a mi-**Sæculum VI.**  
nistris in suum cubiculum devehitur & in **A. C. 585.**  
lectum attollitur. Illico etiam Fredegunda  
da venire & vulneratum invisere susti-  
nuit, dixitque: *Sancte Episcope! tam  
nos, quam populus tuus dolemus vices tuas.  
Sed faxit Deus, ut percussor deprehenda-  
tur!* reposuit Pretextatus: *& quis aliis  
facinoris auctor sit, nisi illa manus, quæ  
tot Reges sustulit, & tot insontium san-  
guinem fudit?* Cumque Fredegunda Me-  
diorum suorum operam promitteret,  
respondit: *Dei voluntas est, ut buic Mun-  
do eripiar; tu vero tot malorum causa hu-  
mani Generis execratio eris, & Deum  
meæ mortis ultorem senties.* Illa deinde  
discedente, quid de rebus suis fieri vel-  
let, decrevit, & obiit.

Romacarius Episcopus Constantinen-  
sis comperta cæde advenit, curavitque  
ut funus tumulo inferretur, civibus Ro-  
thomagensibus & præprimis e gente Fran-  
corum Optimatibus Episcopi charissimi  
fatum vehementer lugentibus. Ludo-  
baldus Bajocensis, qui in illa Provincia  
Episcoporum primus habebatur, cura  
Ecclesiæ Rothomagensis sede vacante in  
se suscepta litteras dedit ad omnes Epi-  
scopos, & exquisito ipsorum consilio o-  
mnes Ecclesias in Civitate Rothomagensi  
claudi jussit, ne populus Officio Divino  
interesse posset, donec pateficeret, quis

L 3 tanti

Sæculum VI. tanti sceleris auctor fuisset. Is quoque  
A.C. 586. mandavit, ut aliquot viri comprehenderentur, qui deinde in tormentis fallunt, atrox facinus imperante Fredegunda fuisse patratum. Hac re ad Regem Guntramum delata tres misit Episcopos Artemium Senonensem, Veranum Cballionensem, & Agrecium Trecensem ut de isto crimine cum illis, qui Clotari juventutem moderabantur, cognoscerent. Verum Optimates delegatis a Guntramo Episcopis responderunt: *peractum scelus summopere detestamur, & nihil magis curæ nobis erit, quam ne impunitum remaneat; si vero, qui reus est, inter nos versatur, non concedemus, ut ad vestrum Regem ducatur, cum Auctoritate Regis nostri plechi possit. Igitur scire vobis oportet, reposuerunt Episcopi, nisi illi tradatur, qui nefas perfidere ausus est. Regem nostrum cum exercitu venturum, & Regionem istam igne ferroque deleturum.* Nullo alio Responso accepto revertentes edicebant, nunquam se passuros, ut Melanius olim in Sedem Pretertati ipso exulante intrusus quocunque eti Episcopali fungeretur.

c. 41. Interim cum Fredegunda per totam Provinciam fama publica accusaretur, quod ipsa mandante Pretextatus fuisset interfactus, ut objectum crimen dilueret, jubet Servum illum, qui Virum San-

Sanctum percusserat, capi, & crudeli- Sæculum VI.  
ter verberibus contundi, ac si nequiter A.C. 586.  
falsum crimen de Domina sua commen-  
tus esset; tum in potestatem Nepotis oc-  
cisi Episcopi tradit. Is adhibitis tormen-  
tis ex Servo verum expressit. *Fateor,*  
inquietabat, accepi centum solidos aureos a  
*Fredegunda Regina*, ut necem Episcopo  
*inferrem*, quinquaginta solidos addidit  
*Melanius Episcopus*, rursusque quinqua-  
ginta alios Archidiaconus Rothomagensis.  
*Præterea* polliciti sunt, quod me & uxo-  
rem meam libertate donare vellent. Ad  
hæc Pretextati nepos evaginato gladio  
confitentem cæsim interficit, sive jure  
Francorum usus, quod propinquis licen-  
tiam dabat parricidiam necandi, sive cre-  
diderit, id sibi in nequissimum manci-  
pium & a Domina sua derelictum licere.  
Ecclesia S. Pretextatum tanquam Marty-  
rem 24. Febr. colit. Pretextato occiso *Martyr. R.*  
Fredegunda Melanium in Sedem Rotho- 24. Febr.  
magensem induxit.

### §. LIII.

#### *Interdicta Ecclesiastica.*

Quod in hac rerum gestarum serie nar-  
ratur, Episcopum Bajocensem Ec-  
clesias Rothomagi claudi jussisse, Inter-  
dictorum Ecclesiasticorum exemplum est,  
atque referente Gregorio Turonensi plu- *Greg. V.*  
ra alia legimus. Annis abhinc aliquot <sup>hist. c. 33.</sup> Parisiis